

A modocunque, etiam si dolus uel fraus aut aliqua alia corruptela circa præmissa uel eorum aliquod re ipsa uel aliâs notari possent, aut diceretur quomodolibet interuenisse, quod idem dominus Angelus non teneatur, nec debeat cuiquam (ut præmittitur) personæ in iudicio uel extra de præmissis uel aliquo eorum, aut dependentibus, emer gentibus aut connexis, siue prorsus extraneis à præmissis uel aliquo præmissorum re spondere, rationem reddere, aut calculum facere, etiam coram gentibus apostolicæ ca merræ uel alijs quouis modo, directe uel indirecte, publice uel occulte, nisi quatenus si bi propria conscientia, cui quo ad hoc, totaliter relinquatur, dictauerit faciendum. Dicta namque sancta synodus ex superabundanti liberat dictum dominum Angelum de his omnibus, uniuersis & singulis, alijsq; in quibuscunq; pondere, numero & men sura, cuiusuis qualitatis, quantitatis, generis uel speciei iuris corpore comprehenso rum uel non existant, quæ omnia hic & eorum ualores, nomina, cognomina, qualita tes, genera ac species habere uoluit, & uult pro specificis & expressis declaratis, ac si de eis expressa mentio facta foret, etiam si sacra fuerint aut prophana, communiter uel diuisim seu mixtim ad quemcunq; ualorem ascendant, attenta libera & spontanea cessio ne papatus per ipsum dominum Carolum de Malatestis procuratorem eius, pridem in huiusmodi sancta synodo facta, pro pace & unione in ecclesia sancta dei prædicata, quantum in eo fuerit modis omnibus promouendis, quibus Romanæ ecclesiæ obli gatus aut obnoxius fuerit, uel dici potuerit, siue possit, ex nunc quitat, liberat penitus & absoluit: nec non uult, & nunciat eum ab illis omnibus totaliter exemptum, quitum, liberum & absolutum, eidemq; domino Angelo pro se uel suis hæredibus ac successo ribus omnia & singula sanctæ Romanæ ecclesiæ & apostolicæ cameræ per eum qua litercunq; debita uel aliâs pro eo plenarie, libere & pure remittit, donat & largitur. Tollit deniq; ex certa scientia quo ad præmissa omnia, & singula in ualidat atq; suspen dit dicta sancta synodus, tam restitutionis in integrum, quam de uacatione sedis & omnia alia iura & beneficia siue privilegia, per quæ Romanæ ecclesiæ apostolicæq; cameræ aut futuro eius pontifici contra præmissa uel aliquod eorum subueniri, aut de ipsis uel eorum aliquod infringi, seu aliquo aliter possent transgredi, aut uiolari, de cernens irritum & inane, si quid in contrarium à quouis, quauis autoritate uel quo uis ingenio uel colore contigerit attentari, non obstantibus quo ad omnia & singula supradicta, tam canonicis q̄ ciuilibus iuribus, & apostolicis constitutionibus, gene ralium conciliorum constitutionibus, ac alijs dispositionibus contrarijs quibuscunq;. Statuens & ordinans dicta sancta synodus, quod quilibet futurus Romanus pontifex omnia & singula supradicta studeat inuiolabiliter obseruare, eaq; suis apostolicis lite ris in forma plena, congrua & decenti approbet, ratificet, de nouo concedat, indulget, atque confirmet: & quod quicunq; Romanum pontificem eligentes, quo ad hoc, ante sui apostolatus inthronizationem sub uinculo præstandi iuramenti obligent efficaciter & astringant, mandans & præcipiens dicta sancta synodus, quod uetera sacri concilij publica gesta seu munimenta solito more super præmissis conficienda, fiant super præmissis omnibus & quolibet eorum ad maiorem certitudinem patentes literæ, sub sigillo concilij in forma plenissima cum omnibus & singulis clausulis, non obstantib; necessarijs, reuocatorijs, & derogatorijs, & alijs opportunis dicto domino Angelo, seu alteri uel alijs pro eo recipienti uel recipientibus assignandæ.

¶ Quod impediens regem Romanorum in itinere ad regem Aragonum, sit ipso iure excommunicatus,

Quia dignum est, laborantes pro pace sacrosanctæ ecclesiæ plena libertate securitateq; gaudere, nullisq; impedimentis seu molestijs inquietari, hæc sacrosancta Con stantienfis synodus ecclesiam catholicam repræsentans, in spiritu sancto legitime congregata, statuit, diffinit, & ordinat, quod quicunque cuiuscunq; status aut conditionis ex istat, etiam si regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, episcopalis, duca